

KNY-18-00414

DE  
MATERIA VESTIMENTORVM MORBIFERA  
DISSERIT  
SIMVLQVE  
VIRO CLARISSIMO DOCTISSIMO  
**GOTTHELF AVGVSTO  
SCHVMANNO**

DRASCHWITIO CIZENSI

VTRIVSQUE MEDICINAE CAND. ET PHYSICO FORSTENAE  
ET PFOERTENAE DESIGNATO.

SVMMOS IN ARTE SALVTARI HONORES  
NOMINE  
SOCIETATIS DISPVLTATORIAE

SVB PRAESIDIO  
VIRI EXCELLENTISSIMI EXPERIENTISSIMI  
**KOHLANNIS GODOFREDI  
LEONHARDI**

AA. LL. M. PHILOS. ET MED. DOCT. PATHOL. ET CHIRVRG. P. P. O.  
ACAD. IMPER. NATVR. CVRIOS. COL. SOC. REI METALL. EXCOL.  
SODAL. EXTRAORD. ET OEC. LIPS. MEMBRI HONORAR,

FLORENTIS  
EX ANIMO GRATVLATVR  
**TRAVGOTT CAROLVS AVGVSTVS VOGT**  
GORSLEBA THVRING. ART. MEDEND. CVLT.

  
VITEBERGAE,  
EXCVBIT ADAMVS CHRISTIANVS CHARISIVS.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF BUDAPEST

DECEMBER

2013

CHAVÉVA EGYETEM

ONLINE LIBRARY

Digitized by Google

KNY-18-00414



Digitized by Google

Digitized by Google



**V**t omnia, quae agunt in corpus duplice modo laedere possunt; vel enim sua dum forma nocent et figura, mechanicas infundunt laesiones, vel mixtione et particularum subtilium acrimonia dum soluunt chemicam destructionem: sic uestes pariter ad corpus comprimentia afferunt et resoluendum. Illud e *forma* pendere *morbifera* iam alibi fuit demonstratum, hoc autem a materia produci insequentes ostendent pagellae. Duplice sumitur materia significatione, partim enim intelligimus ipsius amictus substantiam, quae esse potest coriacea, pilosa, fibrosa, i. e. e cortice nacerato contorta; partim particulas notamus alienas a vestibus exceptas. Quo discrimine factio semper erit respiciendum ad substantiam seu materiam propriam et ad materiam peregrinam ab illa susceptam. Quo melius vero tractatio possit institui, pro limitum angustia, hoc erit ordine componenda, ut primo mentio fiat materiae per se quidem insontis, per accidens vero, tempore iniquo si corpus obtegit nocentis; deinde materia commemoretur ante praeparationem, quam tractabilitas exigit et decus, naturali quasi labe inquinata; postea afferatur materia noxia arte dum tingitur, ut colorem referat, et vngitur, ut odorem spargat, illata; porro damnum ut enumeretur quod uestimenta accipiunt ab usu quotidiano, et quod oritur a materia morbofa e corporibus aegrotis exspirata, et a sanorum exhalatione quidem orta, sed collecta, ut sit sa-



nitati detimento; denique materia, rebus quae nos circumdant de-  
trita et in vestimentis collecta ut adiiciatur, ordo postulabit. Vesti-  
menta quamquam labis immunia et spurcitiae, non omnia omni tem-  
pori, conuenire, sed aetatis potius et anni tempora eorum selectum  
exigere, multi cum sanitatis periculo sunt edocti. Prima aetas quae  
mirum in modum celeri corporis incremento et lymphae nutritiae  
meabilitate ac fluiditate gaudet, uestes exigit, quae moderate fouen-  
do plantam sustentant transpirationem: contra ea quae non a frigore  
defendunt, exhalatione cutis impedita, plurimum obsunt et incre-  
mento <sup>1)</sup>). Incrementibus autem annis, corporis inuolucra sunt mu-  
tanda, etenim pueritia, tantum quae virium collegit, ut membro-  
rum usum possit experiri, et pedibus incedere, et in cuius ipsius est  
positum potestate, motum humorum progressuum accelerare e quo  
pendet intestini mutatio, sensim mutat uestitum calidiorem et respuit,  
idque tantum, quantum haec aetas aeris varietate tempestatisque est af-  
fuescenda. Quemadmodum vero infantia imbecilla et mollis, calidis  
est induenda uestibus, sic etiam senectus, e circuitu sanguinis, qui secre-  
tiones excretionesque tardat, languido, frigens et rheumatismis multum  
vexata, corpus ut calefacientibus obducatur, poscit. Pari ratione, au-  
rae vicissitudinibus et coeli iniquitate si amictum accommodare negle-  
xeris, punieris. Aut enim uestium materia, qualis est linea sericea,  
calorem non potest sustentare, siquidem asperitate caret, aut si est hir-  
futa, ut lana, veruntamen, rarae texturae frigus facile transmittet.  
Grauem et densum amictum gerimus hyeme leuem et rarum, aestate:  
Ille non statim autumno, saepe sereno, necesse ut promatur, hic au-  
tem, tempore vernali valde mutabili, non protinus protrahatur. Po-  
test etiam materia satis calida nocere, si quae sunt obtegendae partes,  
eas relinquunt nudas, quod tamen vitium magis ad formam pertinet.  
Sic sensim sensimque ad meliora redimus quovis in tempore, dum  
aptis et comodis utimur auxiliis. Qui vero idoneam uestitus mutatio-  
nem non curant, magno cum sanitatis detimento *materiae uestimen-  
torum morbiferae* rationem esse habendam, fatebuntur. Nil enim  
magis nociturnum iudicatur, ac si uestes aestiuas iusto citius induis, hye-  
males

1) vid. SCHVLLZII Dissert. de uestitus ratione ad valetudinem §. 7. 8.

males aequo tardius imponis<sup>b)</sup>. Cautē HORATIVS: Matutina parum  
cautos iam frigora mordent<sup>c)</sup>.

Materia vero vestitus sanitati damno potest esse per misera  
e loco, ubi innascitur, exceptum et quasi innatum. Hic sermo impri-  
mis erit faciundus de lana, siquidem sericum multoque magis linum  
eiusmodi contagij sunt immunia, neque hoc loci, quo progerminat,  
ullum agnoscit venenum. Lanam et pilos, animalium velleribus de-  
cerptos, vel cum his simul gerimus, sic ut pellibus moliores factis et  
vario additamento praeparatis, corpus accingamus, vel detonsos aut  
eradicatos, ex animantibus sanis vi necatis et morbis exanimatis, post-  
quam neti sunt et in fila contorti, in pannos teximus, ut apta pree-  
beant integumenta. Lanam et pilos esse partem corporis animalis, ce-  
leriter quae increscat<sup>d</sup>, quotidie obseruatur. Largior et densior videtur  
in animalibus bene pastis et reliquum sanis. Ad subitaneum incrementum,  
humorum copia confert, inde etiam oves, quarum vberibus  
manus lac non expressit, densa filua lanea sunt obiectae pree iis, qua-  
rum papillas digiti stringunt. Pilorum vero incrementum et nutrimentum  
ex humoribus oriri, structura probat, cuiusvis crinis pars infi-  
ma et quasi fons est bulbus seu cauum illud vesiculae simile sub cute  
haerens vasis et neruis tenerrimis intertextum, cui insilit trunca cutim  
et cuticulam perforans, quae est vagina succo colorato impleta quem  
haec filamenta excauata et cylindrica insugunt. E quibus apparet, iam  
structuram pilorum et lanae ad humores aegrotos imbibendos esse ido-  
neam, cui se adiungit experientia, qua saepius videimus animalium et  
hominum pilos defluere, ex acrimonia succorum partem lymphaticam  
destruente. Accedit quod superficies pilorum est aspera, indeque  
particulae venenatae ex aere exceptae firmius inhaerent. Vexat oves

A 3

inter-

<sup>b)</sup> Ioh. FERH. KNOLLS Anmerkuungen aus der Arzneygelertheit, erstes  
St. p. 15. FRID. HOFMANNI M. R. s. T. I. p. 453. BOERHAVVIS in  
praelectionibus T. VI. §. clcli, RICHTERI opusc. medic. Vol. II.  
p. 394, HIPP. de Dieta III. Op. T. I. p. 247. IAC. KEIL. in Medic.  
statica Britt. p. 10.

<sup>c)</sup> Satyr L. II. Sat. VI. v. 45.



interdum morbus scabiei quam homines moleste ferunt, similis, germanice *die Raude*, dictus, semper cum pilorum seu lanae rarefactione et exstirpatione coniunctus. Cum vero materia scabiosa acris sit et valde subtilis, omnino corpori ab eiusmodi infalubri integumento inuoluto damnum importari iudicatur <sup>d)</sup>). Pari incedit passu alter morbus, prioris efficacitati nocuiae non cedens, nimirum variolae, quas in corpora ouium nec mitius agere, quam in humana, et de huius exanthematis vestimenta inquinantis, et per haec corpora antea pura corrumpentis, diffusa propagatione, satis constat. Quibus dannis innatis suissus fere quam paginae contractae concedunt, commemoratis, ad novas progredi licet e praeparatione illatas. Etiamsi praeterea pelles sollicite, ut omnes deponent sordes, a pellionibus in usum vestitus purgatae praeparantur: tamen inter ipsam tractationem nouam labem accipiunt, non statim emendandam. Ut enim, prouti constat, vellera lana adhuc obfessa emollientur et squalor abstergatur a reliquiae corporis carnosi, quod illa antea replebat, calx adspergitur sal et hordeum, grossiuscule tritum, et his omnibus aqua largiter infunditur. Extractae deinde et siccatae pelles, pulsatione, iactatione quassatione equidem agitantur, quo particulae peregrinae eliminantur: tantum vero abest ut omnes possint remoueri, ut potius firmiter inherentes, praesentia sua per odorem graueolentum et aduersum indicata, noceant <sup>e)</sup>). Multum quoque molestiae huius indolis vestimenta praeterea inducunt, quod difficilius lotione mundantur. Hactenus de pellibus nunc lana proferatur his detonis. Antequam lana ducitur a variis hominibus vario modo tractatur qui fere omnes inquinant, dum maculas pristinas abstergere student, nouas addunt, et sic malo malo medentur. Quo facilius carminetur, oleo inungitur hunc in usum plerumque rancido, et a carminibus calefactis sunul calido, quod primum tantum diffundit odorem nauseosum, quantum est spatium aedificii, quod opifices includit; deinde vestibus se insinuat, penetrat ad cuticulam, hancque vnguine quasi

d) vid. RICHTER I. c. Vol. II. p. 391. & 392. SCHULZ I. c. p. 25.

e) vid. RAMAZZINI *Abhandlungen von den Krankheiten der Künstler und Handwerker, neu bearbeitet und vermehrt von D. ACRERMANN. Steindai 1780.*

quasi tenace obserit, ut pori exhalantes claudantur. Quod si hac unica modo tractatione lana perniciosa esset, statim quaerimoniis finem imponere possent lanae opifices, accedunt autem plura mala illas augmentia quae pannifices perpetiuntur et panni tonsores. Qui in primis tum propter oleum quod adhaeret, tum propter fibrillas minutissimas, quae decidunt, sunt Scabiei abnoxii, quae etiam ad Sartores transit pannos, ut veste formentur, consuentes <sup>f)</sup>). In primis etiam tibialium textores quibus ex fibrillarum fauces obsidentium irritatione, appetitus auferatur, cui succedit vomituritio, ophthalmias experiuntur eadem de causa. Praeterea quoque Scabies horunc apificium pertinaciter sanationi resistit. Dices haec omnia de lana non purgata et lixiuio elota tantum valere, tuncque omnino, si, experientia comprobante, per lotionem omnis contaminationis simul fieret immunis, limitibus, quae propasita sunt, angustioribus essent circumscribenda. At cum lana difficultius mundetur, quam putant, et praeter reliquorum vestimentorum materiam venenum acceptum pertinacius retineatur <sup>g)</sup> paullo firmius nostra stabit sententia. Descendamus nunc ad materiam qualanam spurcam purgant, simulque denuo polluunt. Ut lana et pannus condidior splendeat pannifices adhibent vrinam non recentem, sed in vasis collectio ne parca inueteratam et putrefactam. Foetorem vero tantum haud raro emittit ut iam a limine homines, qui domum incolunt, predat. Neque minus vrina humana vtuntur tintores et ad purificandos pannos, et tingendos, id etiam moris non nostris solummodo temporibus inuauit, sed iam veteribus PLINIO teste <sup>h)</sup> notum erat. Morbus autem, quos tam pestiferi halitus procreant, primo pulmones petunt, quorum valetudo aeri quem imbibunt, sepe valde accommodat, ideo ut dicere sere possis, qualis aer, talis pulmo. A pulmonibus tetri isti halitus excepti sanguini quoque inferuntur, cuius e corruptione manifesto prouident cachexiae, idque eo facilius cum pori etiam cutanei eundem vaporem

<sup>f)</sup> RAMAZZINI p. 278.

<sup>g)</sup> PETER FRANK *System einer vollständigen medicinischen Policiey. Drinner Theil.* p. 771.

<sup>h)</sup> Hist. nat. L. XXVIII. 6.

porem insugere coguntur. Videtur quidem linum extra omne danum positum, quod inducere posset hominibus, est tamen molestia recitanda, et ansa, quam praebet morbis contagiosis. Ipsum linum, inquit DIMERBROEK<sup>i)</sup> dum præparatur pestilentein auram valetudini aduersam spirare turba auctorum testatur. Hinc multis locis lege cautum est ne maceretur linum ubi pecudum greges et armenta aquantur. Tanto enim foetore et putredine aqua corruptitur, ut suas incolas, intellige pisces, enectos in superficie ferat. Linum per carmen tractum, ut in fibrillas subtilem diuidi possit, valde nocet imprimis pulmonibus, quos vehementer affectos si sentiunt, quibus ex lini præparatione vietus paratur. Fila linea quoque a textura noxam trahunt. Textores massa pultacea, quo telam laevigent, et firment, illam illiniunt, hinc praeter odorem aduersum etiam puluis detritus et dispersus nocet. Leuius tamen est periculum, quod venit ab lino, quam quod surgit e gossypio. Quod dum pectinibus perstringitur, amittit fibrillas admodum leues et volatiles, quae, dum inspirando inducuntur pulmonibus asthmatis semina illis inspergunt, et oculos solicitando ophthalmiis praebent occasionem. Lintea, quia faciliter mundari possunt præ lana laudantur, attamen secundum RICHTERVM<sup>k)</sup> recens lota industria ex saponis lixiuio aliquid incommodi contrahunt, superatum tamen a colore illo caeruleo quem lotrices amylo intermiscent, nimirum finalta quae conflatur e cobalto arena et cineribus clauellatis, quam etiam RAMAZZINI saepius citatus, reprobatur. Ille auctor quoque suspectum habet amyolum, e quo gelatina paratur ad linteorum flacciditatem firmandam, eique adscribit acrimoniam cutim arrodentein, cui tamen potius venia est danda. Herbas nocentes ad vestimenta tingenda in usum vocari, vix est probabile, siquidem in nocentes sufficiunt. E mineris autem a quibusdam, non ut colorem inducat, sed potius ut colorem ex vegetabilibus extortum mutet, in usum vocatur arsenicum, quem POERNERV<sup>j)</sup> prouti verum est, ut damnosum et pestiferum pigmenti remedium reiicit

i) de Peste L. II. c. 3. p. 148.

k) Vol. II. p. 819.

j) D. CARL WILH. POERNER chymische Versuche und Bemerkungen zum Nutzen den Färbe Kunst. Th. I. p. 190.

ūcit. E coloribus autem, quos vestimenta ostendunt, excipitur niger  
qui aestu iam satis praemente, plures radios solis attrahit et calorem mo-  
lestum auget<sup>m</sup>). Praeter haec commemorata damna vestitus materiae,  
quae inhaerent, alia in scenam producimus, quae nulla esse, disputabunt  
elegantiae quaesitae nimii cultores. Impletur vestimenta aliis adoratis  
et vnguentis, tuncque recte immundae iudicantur a RICHTERO<sup>n</sup>), sae-  
pius iam teste euocato, his verbis: non multum absum illas etiam ve-  
stes pro immundis agnoscere, quae semper odoramenti aliquid tan-  
quam thecae in pharmacopoliis spirant. Vestes oleis balsamis, vnu-  
guentis odoratis imbutae non vacant damno. Etenim post dissipatos  
fugaces spiritus haeret et figitur, quod stipat et corruptionem tendit.  
Eiusmodi vestes medicum inprimis deponere debere, probavit Celeber-  
rimus TRILLERVS, Vir arte et facundia pollens<sup>o</sup>). Namque v. c.  
oleum aethereum Lauendulae spicae apud nos visitissimum, quod acu-  
tum diffundit odorem, pluribus in primis foeminis hysteris magis mo-  
lestum quam tolerabilem et delectantem. Vel etiam a corporibus odo-  
riferis in peris gestis omnis vestitus attrahit odorem. Vitare omnino  
debet, ait CONRADVS DIETERICHIUS<sup>p</sup>) Medicus vestimenta adori-  
fera: optime olet Medicus, quum nihil olet. Hippocrates acutos  
damnat a quibus plurimi moleste habentur, et potissimum mulieres  
propter uterum. Quo cum medicinae patris monito conuenit Ludouici  
Septalii consilium<sup>q</sup>): caueant sedulo Medici, ne odoratis morbi  
concentetur: saepe enim Moschum et similia redolentes hystericas mu-

<sup>m</sup>) FRANK Syst. der med. Pollicy p. 753.

<sup>n</sup>) Vol. II. p. 388.

<sup>o</sup>) Diff. de odore Medici.

<sup>p</sup>) In Iatreo Hippocratico p. 1313.

<sup>q</sup>) Caution. Med. L. I. 7. p. 3.



Lieres necant. Roderici a Castro <sup>r)</sup> consilium hoc est: Omnino odo-  
rato nimis et praesertim Ambra. Moscho aut Zibetho delibutas chi-  
rothecas caute deponat Medicus ad strangulationes ex utero vexatas ac-  
cedens: nam et harum rerum adore facile excitatur symptoma, aut si  
iam adsit, magis ingrauescit. Nec omnino desunt, qui viro graui in-  
decorum esse putent, Moscum, Ambrain et similia quasi muliebria re-  
dolere. Varia sunt genera materiae morbosae, quae usus vestimento-  
rum quotidianus excipit, et deinde aliis corporibus reddit. Ante  
omnia morbi cum exanthematibus coniuncti considerentur, nam cum  
manifestis vestigiis viam suam indicant, fontem statim produnt, e  
quo manarunt. Eminent inter caeteros ariolae, quas per vestes facilli-  
me propagari posse, notum est. Tota regio per vestimenta pauca,  
eaque iam aliquandiu deposita sed adhuc inclusa, infecta est hoc ve-  
neno antea incognito. ROSEN a ROSENSTEIN <sup>s)</sup> refert nauem belgi-  
cam ao. 1718. cursum suum promantorium bonae spei versus dirigen-  
tem, hunc importasse morbum, secum dum habuit tres infantes vario-  
las qui superarant, quorum linteā, quae per morbum gestarant, e cista  
prompta, lauata sunt. Quo facto morbus homines corripuit, antea  
qui eum prorsus ignorarunt. Pestem scimus per vestes propagari, et  
in his regionibus atrocius saeuire, vbi defunctorum vestitus ad haeredes  
abit, illum in usum adhibentes.

Ad scabiem sanandam idem ille auctor infantum Medicus non  
spernendus, vt crebrius purgetur omnis, qui illos circumdat amictus,  
adhortatur, probe intelligens per vestitum hunc morbum facilime

pro-

<sup>r)</sup> Medic. polit. Lib. III. cap. 4. p. 125.

<sup>s)</sup> Anweisung zur Kur der Kirderkrankheiten, aus dem Schwed. übersetzt  
von D. Murray. p. 104.

propagari <sup>z)</sup> Quid? quod compertum est per mantile, quo Scabiosus se abstergerat, hoc miasma fuisse translatum in alios. Cur vero testimonia afferantur ad probandam propagationem morbi syphilitici per vestimenta, dum tristis et frequens obseruatio omnes dirimit dubitationes. Prostant testimonia ROSENSTENII <sup>w)</sup> ex aliis auctoribus commemorata et propriis obseruationibus confirmata. HILDANVS <sup>x)</sup> refert de ancilla quae simul cum tibialibus pueri, hoc morbo contaminati, illum statim induerat. Maior cautio est necessaria ut semen morbi chronicū per vestes aequē facile in alios abiens, euitetur. Exanthemata enim, praeter Scabiem, quae aestum non excitat, sunt cum febre coniuncta, indeque statim cognoscuntur. Sed lentius jugulat phthisis et heclica febris. Acutae febres vires naturae ad resistentiam prouocant, haec autem sensim sensimque destruunt, et quem faciunt calorem, non subigit materiam sed dum vires prosternunt et solidā acri lymphā labefactant, corpus solvunt. Tristem haereditatem vocat RICHTERVS <sup>y)</sup> vestem ab iis, qui morbis chronicis sunt defuncti. Crebra experientia constat a phthisicis et tabidis transisse hac via morbum ad alios, a quibus ille metus multum absuit. Eadem censura sunt eae vastes dignae, quae membra abtegunt podagrīca et arthritica. Fuit, pergit RICHTERVS cui podagricus lectum suum et vestimenta sua reliquerat, quibus ille laetus lumbenterque usus ante clapsum annum podagra et chiragra, malis antea propulsis incognitis, affligi coepit. Inde FRANKIUS <sup>z)</sup> contendit optimum

B. 2

CON-

z) vid. p. 15. 408.

w) p. 464.

x) in obseruationib. medic. Cent. V. obseruat. 97.

y) Vol. II. p. 392.

z) *Im System einer vollständigen medic. Policy, P. III. p. 778.*



consilium morbos supprimendi in eo esse locatum ut igne cremarentur. Per annos tuto potest inhaerere venenum, in primis in vestimentis laneis, donec calore corporis excitatum ab hoc infugitur. Sat dictum putamus de morborum seminibus, per vestimenta transponendis ad alia corpora. Breuiter nunc commemoretur collectio squaloris damnoſa e corporum sanorum exhalatione in amictu facta. Quotidie et continuo per plures et subtileſ partes eorum quae ſunt corpori ingeſta, per cutim abigi, accurrata indicat obſeruatio, hancque ſecretionem cutaneam valde eſſe neceſſariam et ſalutarem, moleſtiae affectiones indicant, poſt illam ſuppreſſam quae ſequuntur. Itaque ſemper ſunt ſuperfluia eiicienda, ſed non ſufficit ut particulae illae damnoſae e corpore eliminentur, procul ab hoc ſunt arcenda, quia e pororum facilitate egredi poſſunt ac intrare. Excipiuntur a partibus corpori proximis, et tam diu haec machinam arcte circumcingunt, facile quoque poſſunt ad cutim venire, idque dupli ratione efficitur. Humores ſeroſi quorum non exigua pars eſt perspiratio cutanea, ſale animali abundant. Hoc excipitur a vefimentis et partes aquoſae quibus eſt resolutum euaporant ope caloris interni et frigoris externi quod offendit veftes. Quibus vero in aërem diſperſiſ, ſal animale remanet et a vefib⁹ detritum, ac in primis ſi haec madidae ſunt ab iniuriis externis, regreditur in corpus. Quo certior vero perspiratio cutanea perpetuo durat eo copioſior accumulabitur humiditas, quando dies noctesque veftes corpori iucumbunt. Seſtiunt etiam ii, quibus hoc interduim praeter conſuetudinem accidit, ſi manuſurgunt, ardorem in cute et pruritum. Inde etiam homines tanta preſſi egeſtate, vt ne quidem habeant ſtragula quibus caput imponant, ſed omni hora tunicam gerere eandem cogantur, odorem cadaueroſum, qualis plerumque eſt mendicorum exſpirant. Iam habitu corporis cognoscitur quo regimine illud tuetur. Eſt enim ille plerumque cacheoticus ex con-  
tinuo

pinuo eiusdem amictus vſu. Hinc GESNERVS<sup>c)</sup> nunciat Drummendum  
 abſeruasse, febres inueteratas, et certe in cachexiam inclinantes, aegro-  
 tos in nosocomiis reliquisse, ſine omni medicamentorum vſu, ſolum-  
 modo uestium et lectorum mutatione. Tandem et materia peregrina  
 a corporibus, quae nos circumdant, detrita, et in uestibus aggregata,  
 nobis infesta fieri potest. Omnia ſi recenſere vellemus amplifimus  
 campus denuo aperiretur, ſufficiat potius praecipua nominasse. Omnes  
 particulae a corporibus, quae manibus vel igne traçantur, relictæ, ſunt  
 vapores ſicci et humidi et pulueres. Inter vapores ſiccos ſumum illum  
 primum ponamus qui tot habet oſores quoſ laudatores, et qui aequē  
 offendit ac delectat. Herbae nicotianæ ſumum, cum corpori ſit ſem-  
 per proximus, vefteſ occupare ſcimus. Satis certe iam ex odore poſſunt  
 agnosciri, quorum fauces tubuli ficitilis lignieue aduultus halitus continuo  
 alluit. Praeter moleſtiam quam patiuntur nares, cutis etiam offendit  
 tur, quam hic funus ſatis acris exſiccat et conſtringt. Fumus cum  
 particulis ſalinis aleofas cum terreis coniunctas, et principium acidum  
 continent. Haec omnia colliguntur in umentorum textura. In pri-  
 mis autem pars aleoſo terrea ſi interſtitia replet, impedit, quo minus  
 perspiratio interna et aer externus corpus poſſit ventilare. Idem iudi-  
 cium ferri poſt de fumo quem flamma oleo nutrita prodiſit. Peri-  
 culoſiſſimi vapores certe ſunt qui ſurgant e metallis. Itaque non poſ-  
 ſunt laudari halitus sulphuris per toſtionem euoluti, cuius effectum ex-  
 unius modo filii sulphurei incendio in multis animaduertimus. Vapores  
 humidi multi ſunt, ſi quidem omne corpus calore idemque menstruis  
 reſolutum euaporat. Reprehendi meretur vapor ille acris et acido ranci-  
 dus,

c) In den Entdeckungen der neueren Zeit der Arzneygelahrtheit. Erſter  
 Band. p. 33.



dus, qui inter saponis coctionem euoluitur et saponiorum uestes impregnat. Pulueres secchi sunt in primis ii, qui in molis yolitant, ubi frumenta teruntur. Hi replet uestes et ad cutim se asimilant sensimque veniunt, ubi perspirabili materia actiores facti et huic sunt iniunici, et animalculis impuris nutrimentum praebent, quorum plures alunt molitores et alii qui farinosis pulueribus saepius sunt circumfusi.

Multa quidem sentimus adhuc superesse, quae huic tractationi longius persequendae materiam subiiciant, sed ut finem annexamus monet caussa qua propter omnis labor est suscepitus, et quo nil suauius a Praefide nostrae Societatis Gravissimo mihi poterat iniungi, a commilitonibus nil iucundius percipi, et a me nil dulcius cogitari, quam ut eorum omnium nominibus testor, quam carus singulis sis, et quanta tristitia. Tuus discessus illos afficiat. E quidem nos, CANDIDATE DILECTISSIME, afflictos relinquis, attamen cum TE, laboribus academicis gloriose confessis, omnibus, quibus talis, qualis TV, es virtutis praemiis ornandus, affectum, amicorum academicorum in posterum certe memorem videamus abire: Spes amicitiae hic conditae sequenti tempore etiam seruandae, nos exhilarat. Quod eo certius fieri merito putamus, cum ea tantum est amicitia iucunda et firmissima, quam similitudo morum coniunxit. Ex quo enim inter nos es versatus, nemo nostrum non TVVM agnoscebat animum sincerissimum. Ad omnium commilitonum TVORVM animos, cum TE sic accommodare didiceris, ut quilibet, praeter difficillimum, consuetudinis TECVM posset capere fructus dulcissimos, quid, de aegrotis TVAE curationi committendis speramus? Expansis TE expectant manibus, duris lectulis grauati, solatium a TE petunt, et quod petunt impletabunt. in primis erecti rumoribus de TVIS in arte medica facultibus.

tibus. Neque enim solum ipse testaris, medicamentis aegrotantibus esse medendum, sed etiam TVA humanitas et industria, quo modo sint miseri tractandi, optime nobis omnibus ac singulis nota, id comprobat. Qua propter tutissimam iudicamus Illustrissimi Comitis, et aliorum sanitatem, qui hanc TIBI dum credit, hoc insignis fiduciae documento luculenter docet, TE tempus, quod studia academica exigunt, considerate, et fructu haud poenitendo bene collocasse. Ad quae vero officia explenda, ut TVA ipsa salus sit incolumis, ex animo optamus. Haec autem pia vota non solum abeundo audies, sed quoque longe et diu a TVIS si vixeris sciunctus percipies, nos omnes cuncta fausta TIBI apprecaei.



andiamurque ad cunctum quod in aliis scriptis dicitur et hoc  
est obiectus in hanc etiam sententia. Tunc autem sententiam quo  
cives si sicut alii illi ex iudicante suon emisere. Tunc autem sententia  
est. Alii ergo in iudicant illi complice insinuantur iuste et iuste. Quid est iuste  
sententia? Iuste sed iuste modis in iuste sententia non mutatis  
modis. Quod est iuste haec sententia est ut iuste iuste sententia non mutatis  
modis. Quod est iuste haec sententia est ut iuste iuste sententia non mutatis  
modis. Quod est iuste haec sententia est ut iuste iuste sententia non mutatis  
modis.